





1787 13.  
No: 1103

DE  
ORIGINIBVS LEVTERATIONIS  
AC SPECIATIM  
OBERLEVTERATIONIS  
SAXONICAE

DISSERTATIO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII AVCTORITATE

PRAESIDE

IO. ADAMO THEOPHILO KINBJO

*SVBSCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, SUPREMAE IN PROVIN-  
CIA CVRSIAE ADVESORE, SVBIVS SAXONICIS PROFESSORE PVBL. ORDI-  
NARIO AC ACADEMIAE ESPERENSIIS SYNDICO.*

A. D. IX. AVGVSTI A. C. N. CIOCCCLXXXVII.

H. L. Q. C.

DEFENDET

AVCTOR

IOANN. AVGVSTVS MÜLLERVS,  
DRESDENSIS.

LIPSIAE,

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

ORGANISME LEVITATIONIS  
AC SPECIEM  
OBERLEVITATIONIS  
SAXONICAE

DISSERTATIO

GRAM

HELVETICORVM COLLEGI VACATIONATE  
P. R. A. S. I. D. E.  
JO. KARL SCHNEIDER

ANNO DOMINI 1784  
A. D. M. AUGUSTI W. C. M. C. I. O. C. C. X. X. I. I. I.

H. E. O. C.  
P. R. A. S. I. D. E.  
VACATOR  
JOHANN ANTON MÜLLER

LIPSIÆ  
EX OFFICINA REICHERTII



PERILLVSTRI DOMINO  
DOMINO  
IOANNI AVGVSTO  
DE PONICKAV,

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS SANCTORIBVS  
IN CAVSSIS  
QVAE AD REM MILITAREM PERTINENT

PATRONO AC MAECENATI  
MAXIMOPERE COLENDO

HVNC LIBELLVM  
PIETATIS ET OBSERVANTIAE TESTANDAE  
CAVSSA

D. D. D.

deuotissimus cliens  
Ioannes Augustus Müllerus.

SEBASTIANI DOMING  
DOMINO

IOANNI AVVSTO  
DE PONTICAVA

REVERENDISSIMO PATRONO A CONSULES SEBASTIANI  
IN CAUSIS  
QUI AD REM MILITAREM PERTINENT

PATRONE AC MAECENATI  
MAMMONE COLEDO

HUNC LIBERUM

STATIS ET OBSERVANTIAS TESTANDAS  
CAUSA

D. D.

IOHANNES ANTONIUS MULLERUS





DE  
ORIGINIBVS LEVTERATIONIS  
AC SPECIATIM  
OBERLEVTERATIONIS SAXONICAE.

---

*Instituti ratio.*

Cupienti mihi, antequam hanc musarum sedem relinquam, studiorum rationem reddere atque libellum more academico ad disceptandum proponere, diu multumque dubitanti, quod argumentum pertractandum sumerem, ab aliis non ita explicatum, vt, quae eidem denuo impenderetur opera, videatur plane frustranea esse, tandem locus de Leuteratione ac Oberleuteratione in mentem venit, cuius origines investigare volupe est. Etenim qui rem iudicariam Germanorum exposuere, etsi Leuterationem silentio haud praeteriuerint, tamen plerosque cognoui tantummodo formam Leuterationis hodiernam descripsisse, veterem autem huius instituti iudicarii rationem ne leuiter quidem attigisse, multo minus ita persecutos esse, vt a quibus res profecta initiis, quibus vîa fati mutationibusque in hanc demum, qua nunc quidem conspicienda venit, formam conuersa sit, scire cupientibus satis faciant. Quare in Leuterationis origines inquisiturus laborem haud inutilem suscipere videor, siquidem ad illius instituti iudicia

diciarii indolem recte diiudicandam praestet haud ignorare, ex quo id fonte promanarit. Quae quidem res largissimam disputandi materiam praebet. Pauci enim illi, qui non tam ex instituto origines Leuterationis euoluere studuerunt, quam potius quasi aliud agendo illius rei tantum mentionem iniecerunt, varie de ea iudicarunt, aliis Leuterationem et Oberleuterationem Germanis et maxime Saxonibus propriam esse statuentibus, aliis eius origines Romanis vindicantibus. Glossatorum vulgus constat instituta Germanis propria atque adeo illorum status publici constitutioni accommodata non tantum verbis veteris Latii insigniuisse, sed etiam ad Romanam normam ac formulam exegisse, adeo, ut ipsam veterem Romam in Germaniam translata esse putares. Hinc magistratus veterum Romanorum, tum maiores, tum minores, in Germania digito monstrabantur, ipsique principes imperii comparabantur cum praefectis praetorio, ut FRIDERICVM Sapientem, Electorem Saxoniae, *praefectum praetorio* reapse appellatum fuisse, fide diplomatum probavit *Mich. Henr. GRIEBNERVS.*<sup>a)</sup> Si Glossatores, accurata rerum Germanicarum cognitione destituti, reliquis opinionum portentis atque monstrosis etiam hoc addidissent, ut Leuterationis originem e re iudiciaria Romanorum deducendam esse statuerint, nemini mirum videbitur. Sin autem eadem sententia a Viris doctissimis atque rerum Romanarum non minus, quam Germanicarum peritissimis profertur, omnes, opinor, necum vehementer miraturi sunt. Atqui inter eos non desunt, qui nimio aduersus ius et instituta Romanorum amore capti, immo decepti origines Leuterationis Romanis vindicatum iuerint. Ita enim  
Gotto-

a) in Prolus: *de Friderico Sapiente*, *Praefecto praetorio* in *Ej. select. opusc. iur. publ. T. III. Sect. IV.*



Gottofredus MASCOVIUS, ast, quantus vir! in *Ej. Adnotat. ad GRAVINAE Originis iur. ciuil. Lib. I. n. CXXV. p. 92.* de origine Leuterationis statuit. En ipsa verba: *Quae de retractatione sententiae intra decem dies Praefecto praetorio offerenda dicuntur, vulgo non solent obseruari, etsi inde origo leuterationis peti possit, quam doctores Saxones alias moribus suis acceptam referunt.* Etsi Leuteratio coram eodem, qui grauantem sententiam tulit, iudice interponatur ad eam reformandam, ac praesertim Oberleuteratio ex eadem causa, ex qua Romana supplicatio, quae contra sententias Praefecti praetorio fiebat, introducta fuisse videtur, atque vtraque aliquam habeat similitudinem, tamen quis ideo illam ex hac ortam fuisse concludat, atque institutum iudicarium, quod Germanis proprium est, adeo, vt Latino sermone ne satis quidem apte exprimi possit, Romanae originis esse sibi persuadere patiatur. Quin ex ipsa tractatione, ad quam iam properamus, abunde apparebit, Leuterationem non nisi ex Germanorum moribus profectam, atque eam, quae nomine *Oberleuterationis* apud nostros homines venire solet, non ex iure Romano inuectam, sed quasi in supplementum appellationis ad suprema imperii tribunalia tum demum introductam fuisse, vbi Saxoniae principes priuilegio de non appellando exornati fuerunt. Animus itaque non est, ea hic multis exponere, quae ad formam vtriusque Leuterationis hodiernam pertinent; (Nam de hac re pleni sunt commentarii doctorem iuris iudicarii Saxonici) sed nostra diligentia potissimum in originibus Leuterationis ac speciatim Oberleuterationis inuestigandis versabitur.

*Remedium iuris aduersus sententiam, quid et quotuplex?*

Cum Leuteratio inter remedia iuris mere suspensiuā aduersus sententias referenda sit, eaque modo tanquam remedium ordinarium, modo tanquam extraordinarium, considerari debeat, nonnulla de remediis iuris aduersus sententias praemittere, haud abs re alienum esse existimo. *Remedium iuris* in genere pro *quouis auxilio* aut medio, *ius suum obtinendi* vel *persequendi* accipitur. Cuius significatus exempla quamplurima collegit *Phil. VICAT:*<sup>a)</sup> Quod speciatim ad *remedium iuris aduersus sententiam* attinet, sub eo intelligitur *beneficium iuris, quo litigantes decretum sententiamque iudicis ob grauamen sibi illatum emendari et reformari intendunt.*<sup>b)</sup> Haec vox, quae in terminum artis transiit, eodem significato accepta, passim in legibus Romanorum occurrit. Sic, ut vno tantum exemplo utar, in *l. 3. C. de errore aduocat: libellos seu preces concipient: remedium appellationis* in eodem significato sumitur. Remediorum iuris aduersus sententiam vis et efficacia in eo consistit, ut per illa sententiae latae auctoritas tamdiu suspendatur, donec de grauamine iudicatum fuerit. Hic effectus, quem *suspensuum* vocant, omnium illorum remediorum communis est. Quare, suspensis rei iudicatae viribus, executioni, quippe ad quam res iudicata requiritur, locus non datur, quanquam executio sententiae a iudice, interueniente causa speciali, eademque legibus vel obseruantia probata,

a) in *Vocabulario iuris* sub voce: *Remedium.*

b) vid. *Perillustris Dan. NET.*

TELBLADTS *Versuch einer Anleitung zu der ganzen praktischen Rechtsgelehrtheit* §. 431. seqq.

bata, p̄mitti queat. c.) Interposito aduersus sententiam remedio, praeuia causae cognitione a iudice de grauamine instituta, noua opus est sententia. Haec exigitur vel ab eodem iudice, qui grauantem tulit sententiam, vel a iudice superiore, ad cuius iudicium causa est deuoluta; qui effectus appellatur *deuolutiuus*. Nata inde atque nunc scholam iuris iudicarij atque fora peruagata est remediorum aduersus sententias distinctio in *deuolutiua*, quae utroque effectu et suspensiuo et deuolutiuo potest, d) et in *mere suspensiu*, quorum effectus tantum suspensiuus est. Quicquid autem est remediorum iuris aduersus sententias, quae vel ius commune, vel iura particularia litigantibus, sententia iudicis laesis, indulgent, eorum usus haud conceditur, nisi posita causa, legibus probata, ex qua remedijs aduersus sententiam uti licet. *Causa* est vel omnium remediorum *communis*, vel quibusdam tantum *propria*. Illa consistit in grauamine, a iudice illato, quo iura litigantium fuerunt laesa; haec praeter grauamen in alia speciali posita est ratione, ex qua ius remedio utendi competit. Pro diuersitate earum causarum remedium aduersus sententiam est vel *ordinarium*, quod ob solum grauamen admittitur, vel *extraordinarium*, seu *speciale*, quod praeter grauamen causam desiderat specialem, adeo, ut ubi haec desit, remedio locus haud detur. Remedia aduersus sententias manifestam habent aequitatis rationem. Et enim litigantes saepenumero factum non tam clare, ut iudici

c) Nov. 119. c. 5. Auth. quae dente appellatione facienda, in ej. Supplicatio C. de precib. principi Exercitat. ad Pandect. p. 514. sqq. offerend. Balth. Seb. MVNCKER d) Hieron. Fried. SCHORCH de executione sententiae pendente de appellationis effectu tam suspensiuo, quam deuolutiuo. (Erfurt. 1748.)

fatis liqueat, ac ab eo iusta et aequa sententia ferri possit, proponere ut iam nihil dicam, haud omnes, quorum est, lites decidere, ingenio iudicis eo, quod *Gotfr. MASCOVIUS* <sup>e)</sup> descripsit, praediti sunt, ac etiamsi eodem haud destituti sint, tamen in ferendis sententiis non semper tam diligentes ac perspicaces sunt, ut in iis iure sit adquiescendum. Quid? quod in iudiciis quoque haud raro misericordia, ira, amor, odium, invidia aliique adfectus dominantur, animosque iudicantium in transuersum agant. Quae cum ita sint, durum profecto foret, si litigantes quaecunque iudicum decreta rata habere ac ab ipsa quasi Themide dictata venerari deberent. Quare cultissimi quique populi litigantibus remedia ad sententias iudicum iniquas ac iniustas rescindendas comparata concedenda esse aequum iustumque duxerunt, ne inde iniuriae nascerentur, unde ius petebatur, et alter litigantium cum alterius damno locupletaretur.

e) in *Opus. a Celeberr. RÜTTMANNO* editis p. 465. seq.

§. 2.

*Leuterationis descriptio.*

De Leuteratione igitur dicturus, faciendum esse puto, ut, quid sit id, de quo disputatio instituta sit, dilucide explicemus. *Leuteratio est remedium mere suspensiuum, quo quis ob grauamen per sententiam illatum, repetita causae cognitione, ab eodem iudice mutationem sententiae obtinere intendit.* Hoc remedium non ob quodcunque grauamen iudicis, etiam extra sententiam illatum, quemadmodum appellatio iure Canonico, \*)

com-

\*) c. 12. X. de appellat. c. 1. mine extraiudiciali. (*Giesf. 1672-3. de appell. in 6. clem. 3. de appell. res. len. 1697. et 1737.*)  
*Nic. Christ. LYNCKER* de grauam-

competit, sed ei tum demum locus datur, vbi grauamen a iudice per sententiam illatum est. Leuteratio cum remedium mere suspensiuum sit, sententiam latam tantum a viribus rei iudicatae suspendit, nec causam ad superiorem iudicem deuoluit. Quare ad eundem, qui priorem tulerat sententiam, iudicem ita dirigitur, vt is, repetita causae cognitione, priorem sententiam mutet atque hoc modo grauamen tollat. Leuteratio nomen accepit a voce teutonica *lautern*, i. e. rem claram reddere, ac *leuterare* sensu forensi idem est ac *erlaeuten*, declarare, distinctius exponere.<sup>b)</sup> Culpa rei inique iudicatae non in iudicem conicitur, sed causa, cur iudex inique pronunciauerit, in ipsis litigantibus ponitur, saltem posita esse censetur, quod ii factum, a quo decisio causae pender, non ea, qua par est, perspicuitate proposuerint. Quare Leuteratio contra sententiam interposita non eo sumitur sensu, quo iudex sententiam obscuram *declarare* dicitur, vti visum fuit *Thomae HAYMIO*,<sup>c)</sup> qui ab initio finem Leuterationis nudam declarationem fuisse existimat: Sed *litigantes* sensu forensi *leuterare* dicuntur, qui in noua ac repetita causae disceptatione factum controversum magis ac curatius illustrare, atque iudici melioris sententiae obtinendae causa exponere student, quam antea in priori disceptatione factum erat: id quod vel ex solemni intelligitur formula, qua sententia Leuterationis reformatoria concipitur: *Nunmehr so aus denen Acten und derer Partheyen Einbringen so viel zu befinden, das* etc.

B 2

§. 3.

b) *Io. Ge. WÄCHTER Glossar.* sub voce: *Lautern* et *Läuterung*.  
*Germ.* sub voce: *Leuteriren*. *Christ.* c) *de stylo curiae seu processu*,  
*Gottl. HALTAVS in Glossar. Germ.* *Lib. VII. Tit. 14. §. 1.*



§. 3. *Natales Leuterationis haud ex iure Romano petendi sunt.*

Romani etsi varia remedia ad iniquas magistratum iudicumve sententias corrigendas comparata inuenerint, atque litigantibus, qui sententia se laesos conquerebantur, non solum appellationis ac supplicationis beneficium, sed etiam restitutionis in integrum aliaque remedia concedenda esse aequum iustumque existimarent, tamen quae sententiam iniquam a viribus rei iudicatae tantum suspendunt, quaeue mere suspensiuæ vulgo vocantur, remedia plane ignorabant. Etenim id apud eos erat constitutum, ne qui sententiam tulerat, eandem mutaret. Quare nec magistratui sententiam ab ipso latam reficere licebat, nec iudici pedaneo potestas, sententiam corrigendi vel emendandi competeat, etiamsi ipsis haud deesse viderentur causæ, quae mutationem sententiæ exigebant: *L. 14. π. de re iudicata: Quod iussit vetuitue Praetor, contrario imperio tollere et repetere licet: de sententiis contra. L. 55. π. eod. Iudex, posteaquam semel sententiam dixit, postea iudex esse desinit, et hoc iure vitimur: ut iudex, qui semel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit: semel enim male seu bene officio functus est. L. 62. π. eod. Cum quaerebatur, iudex se perperam iudicasset, an posset eodem die iterum iudicare? Respondit, non posse.<sup>a)</sup>* Tanta igitur apud Romanos erat vis sententiæ prolatae, vt ius per hanc quaesitum victori inuito ab eodem iudice adimi non posset. Quod etsi aequitati repugnare videretur, interuenientibus iustis emendandæ sententiæ causis,

a) Add. l. 1. C. Sententiam cap. 16. Car. BRETUS de ordine rescindi non posse. Cf. Francisc. perantiquo iudiciorum civil. cap. FOLLETI Historia fori Rom. Lib. V. XLI.

sis, tamen id apprimè cōsentaneum esse censebatur conser-  
vandae magistratuum iudiciumue auctoritati, quae, mutatione  
sententiarum ac suspensa earum auctoritate, haud parum im-  
minui ipsis videbatur. Ast non solum supplicatio apud eun-  
dem Magistratum, qui priorem dixerat sententiam, interponi  
poterat, sed etiam magistratus maiores, veluti Praefectus  
praetorio, Praefectus vrbis, Consules et Praetores, item Prae-  
sides in prouincijs pro iurisdictione sua tum aduersus senten-  
tiam minoris magistratus eiusue, qui par imperium habebat,  
puta collegae vel decessoris, tum contra propriam sententiam  
in integrum restituere poterant. <sup>b)</sup> Res salua est. Quod ad  
supplicationem attinet, haec etsi Praefecto praetorio intra de-  
cendium oblata fuerit, tamen cautione a victore praefita, exe-  
cutionem sententiae non impediēbat, indeque effectu suspen-  
sio haud pollebat: de qua re plura dicendi infra locus dabi-  
tur. Nec restitutio in integrum inter remedia mere suspensua  
ad corrigendam iniquam sententiam comparata recte refertur  
potest. Ita enim HERMOGENIANVS, *Praefecti etiam praetorio,*  
inquit, <sup>c)</sup> *ex sua sententia in integrum possunt restituere: quamuis*  
*appellari ab his non possit. Haec ideo tam varie, quia appella-*  
*tio quidem iniquitatis sententiae querelam: in integrum vero restit-*  
*utio erroris proprii veniae petitionem, vel aduersarii circumuentionis*  
*allegationem continet. Stat igitur sententia, remedia mere su-*  
*sipensua aduersus sententias in iure Romano frustra quaeri.*  
Sed quorsum haec? Scilicet vt appareat, originem Leuteratio-  
nis ex iure Romano non posse repeti. Nihilominus haud  
desunt, qui contrariam tueantur sententiam. Nam Io. BRVN-

B 3

NEMAN-

b) l. 16. n. de minor. l. 18. n.  
eod.

c) in l. 17. n. de minorib.

NEMANNVS <sup>d)</sup> origines Leutationis ex iure Romano inde repetit, quod litigantibus ex eodem iure dubiae sententiae declarationem ab eodem iudice petere integrum sit. Sed vereor, vt recte sese habeat haec sententia. Leuteratio enim non tam ad declarationem sententiae, quam ad eius mutationem obtinendam interponitur, id quod ipse BRVNNEMANNVS haud diffitetur, dicens: *Ex facultate petendi interpretationem fluxit Leuteratio Saxonica, per quam tamen non declaratio tantum, sed et emendatio sententiae petitur.* Huc accedit, quod declaratio sententiae petita ne iure quidem Romano inter remedia suspensiuam aduersus sententiam referatur.

d) in Comment. ad Pandectas ad l. 4. ff. de appellat.

§. 4.

Origo Leutationis Germanis vindicatur, nec tamen ex ritu, sententiam latam reprobandi, (Urthels Scheltung) petenda.

Leutationem in solo Germanico natam esse plurimi statuunt; Attamen inter eos non conuenit, in quonam Germanorum instituto illius vestigia sint quaerenda. Sunt, qui Leutationem ex more gentibus germanicae originis solemni, sententiam latam reprobandi seu *increpandi*, qui *Urthels Scheltung* vocatur, ortam esse et sibi persuadeant, et aliis persuasum cant. <sup>a)</sup> Sed a me impetrare non possum, vt hanc sententiam

a) Io. Leonh. HAVSCHILD in *Scheltung verschiedene Ursprungs- der Gerichts-Versaffung der Teut-* *Merkmale der heut zu Tage ge-*  
schen §. 43. ita: *Man siehet aus bräuchlichen Leuterung und Ap-*  
*der bisher beschriebenen Urthels- pellation. Denn dieser letztere*  
Kern



sententiam amplectar. Etenim Leuteratio a remedio aduersus sententias apud veteres Germanos vsitato, quod *Urthels-Scheltung* appellatur, maximopere differt: id quod ex huius natura ac indole perspicitur. Ex re iudiciaria veterum Germanorum obseruare attinet, litigantibus sententiam a iudice pronunciatam, si hac acquiescere nollent, sed se laesos esse putarent, oppugnare integrum fuisse; attamen eos hoc iure suo vti cupientes, non auditos esse, nisi sententiam *stante pede ac in continenti*, i. e. sedente adhuc iudice pro tribunali oppugnarint: id quod variis designatur formulis, veluti *sententiam blasphemare*, ein *Urthel schelten*, <sup>b)</sup> *widersprechen*, <sup>c)</sup> *widerwerfen*, <sup>d)</sup> *widerreden*,

Kennzeichen zu geschweigen, so mag man jene, die Leuterung, wohl ebenfalls vor eine Scheltung eines gesprochenen Urthels ansehen, indem man es beym Richter gleichfals als unrecht strafft, und wenn solche Bestrafung nebst Gegentheils Antwort in Schriften verfaßt, wiederum an einen andern Schöppenstuhl, oder Dicafterium verschickt, und ein anders Urthel eingehohlt.

b) *Spec. Sax. L. I. art. XVIII.* Das dritte ist, daß man in Sachen kein Urtheil spricht, so vor das Reich zu Recht gezogen werden könnte; sondern will ein Sachse ein solches Urtheil schelten, und ziehet solches etc. Adde *Ge. Melch. de LUDOLF Obs. for. P. III. obs. 292.* p. 419. sqq.

c) *Io. Aug. BERGER in Collatione codicis iuris Alemannici tam prouincialis, quam feudalis, cap. CXXXIII. p. m. 491.* Man sol also sprechen so er ain ain Urtail well widersprechen haiffest du N. oder pist du N. so haß meinem herrn und dem deinen ain vnrechtew urtail funden in lehenrecht die verwürff ich vnd tzeuch sey, da ich sy tze recht hintziehen sol etc.

d) *Spec. Sued. cap. CVI. apud BERGERVM in libr. cit. p. 154.* Vnd ist das man ain urtail widerwirfet, die sol man tziehen an den höhern Richter vnd tze jungest für den chünig etc. et *cap. CVIII. p. 158.* wir haiffen das bescholten urtail wer also spricht: Ich widerwirf die urtail wann sy sind vnrecht vnd ich

den, <sup>e</sup>) strafen. <sup>f</sup>) In CAROLI M. capitulari II. anni DCCCIV. §. VIII. <sup>g</sup>) hoc sancitum est: *De clamatoribus vel caussidicis* (i. e. partibus litigantibus) qui nec iudicium Scabinorum adquiescere nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo seruetur, id est, ut in custodia recludantur, donec unum e duobus faciant. *Et si ad palatium pro hac reclamauerint et litteras detulerint, non quidem eis creditur, nec tamen in carcere ponantur: Sed cum custodia et cum ipsa litteris pariter ad palatium nostrum remittantur, et ibi discutiantur, sicut dignum est.* Sententiam ex more veteri Germanorum in continenti oppugnandam fuisse testatur *Speculator Saxo Lib. II. art. 6.* Welche gabe der man siehet vergeben wieder sich, oder welche Urtheil er finden höret wieder recht: wiederredet er das zu Hand (i. e. in continenti) nicht: darnach so mag ers nicht wiederreden. *Idem Lib. II. art. 12.* formulam praescribit, qua litigatorem, qui sententiam oppugnaturus erat, uti oporteat: *Das urtheil, das der mann funden hat, ist unrecht, das schelte ich, und ziehe mich des, da ich das durch recht billig hinziehen soll, und bitte darumb eines urtheils, wohin ich das billig ziehen solle? <sup>h</sup>)*

Qui

ich wil sy dahin tziehen, da ich sey etze recht hin tziehen sol etc.

e) Ge. Ludov. BOEHMERI *diff. de provocacionibus iuris germanici, cap. I. §. 2. p. 7. n. d.*

f) *Ius Feud. Saxon. C. LXX.* wer des Heerschüldes nit hat, der mag niemands vrteil straffen, der den heerschilt hat etc. Cf. Ge. Melch. de LYDOLF *Obs. for. P. III. obs. 292. p. 425.*

g) apud BALVZIVM *T. I. pag. 425. 432. 436.* Haec sanctio

etiam legi Salicae addita apud *Edictum p. 187. 194.* et legibus Longobardorum inserta fuit *Lib. II. tit. LIII. §. 23.* apud Lindembrogium p. 654.

h) *Spec. Suev. cap. CVIII. §. 4.* Eandem fere formulam praescribere scabini Magdeburgenses apud ZOBELIVM in *Ej. Edit. Spec. Sax. (Lips. 1569.) p. 475.* Mit welchen Worten man vrteil schelden mag. Hierauff sprechen wir für Recht, Wer vrteil schelden wil, der

Qui hoc modo sententiam oppugnabat, non remedium mere suspensiuum ad mutationem sententiae ab eodem iudice obtinendam interponebat, sed a iudice, qui inique iudicarat, ad superiorem prouocare seu appellare dicebatur. Hoc collector veterum consuetudinum Germanicarum haud obscure declarant. REPROVIVS quidem *Schilt man*, inquit, *) ein Urtheil, das soll man ziehen an den obern richter, und zuletzt vor den König.* Consentit cum eo non solum auctor speculi Sueuici, <sup>h)</sup> sed etiam collector consuetudinum veteris ordinis iudiciarii, vulgo *Richtsteig* dicti, in quo omnis omnino istarum prouocationum germanicarum et interponendarum et ad superiorem iudicem deferendarum ratio ac forma descripta fuit, atque interrogationes, quae ideo in iure fieri debebant, praescriptae fuere. <sup>l)</sup> Hanc rem a primis initiis repetere et eundo per omnis aevi exempla illustrare, formamque appellationis Germanicae a Romana admodum diuersae delineare nec vacat nec luber, cum Perillustri ac venerabilis *Ge. Lud. BOEHMERVS* <sup>m)</sup> hunc

der sol stehende sprechen also: Das vrtel das mir gefunden ist, das schilt ich, und ist vnrecht, und will ein rechteres finden, und bitte der Bank ein besser vrtel zu finden, und bitt den Schöppen aufzustehen, des vrtel er schilt. So soll der Richter den Schöppen heißen aufstehen, und dem straffer erlauben zu sitzen in die Banck, dann sol er ein ander vrtel finden, und ziehe sich mit dem vrtel, da er sich des von Recht hincziehen sol, das ist an den höhern stat, und soll dem Richter wissenheit thun, das er mit dem vrtel wol-

fare, oder das mit Recht lasse, ob er fellig wird von Rechtswegen.

i) Lib. II. art. XII. Add. Lib. I. Art. XIX.

k) Cap. CVI. §. 1. 3.

l) Richtstich Landrecht cap. XLI. XLII. XLIII. Richtstich Leenrecht cap. XXVII.

m) in diff. de prouocat. iur. germ. (Hal. 1738.) Add. Io. Iac. SORBER de natura et indole remedii deuolutiui appellationis in Germania aliisque prouinciis (Iena 1746.)

C

hunc iuris iudicarii locum tam egregio eruditionis apparatu instruxerit, ut qui de eadem re pluribus disputare ausit, post Homerum Iliada scribere velle videatur. Pauca, quae nos de indole germanicae prouocationis disseruimus, iam sufficere nobis videntur, ad refellendam opinionem eorum, qui reprobationem sententiae (*Urthels-Scheidung*) et Leuterationem vnam eandemque rem esse, atque hanc saltim ex illa originem traxisse existimant.

§. 5.

*Leuteratio apud gentes germanicae originis moribus introducta est.*

Explosa opinione eorum, qui natales Leuterationis ex prisca increpatione sententiarum repetunt, nostrum iam est, in veram illius originem inquirere. Hanc indagaturus ad talia instituta se referre debet, in quibus eiusmodi remedio aduersus sententias locus datus est, quod coram eodem iudice institui et noua causae cognitione perfici solet. Atqui huius rei vestigia haud obscura apud veteres originis germanicae gentesprehenduntur. Etenim apud SALIOS, RIPVARIOS et VISIGOTHOS id in more erat positum, ut litigantibus, iniqua iudicis sententia laesis, antequam ipsi ab ea ad superiorem iudicem prouocarent, inferiorem iudicem iterum iterumque admonere integrum fuerit, ut, causa denuo sub examen vocata, sententiam iniquam corrigat atque aequam iustamque ferat; quo facto iudex, noua causae cognitione instituta, priorem sententiam aut confirmare, aut pondere rationum motus, hac sublata, aliam dicere posset. Qui quidem mos, si coniecturare liceat, inualuisse mihi videtur ob incommoda ac impensas

fas<sup>a)</sup> prouocationum, ad superiorem iudicem deferendarum. Sed ipsa loca afferamus, quibus id, quod cupimus, effici possit. *Visigothi* quidem iudicem sententiam a se prolatam corrigere atque emendare passi sunt, episcopos quoque hortati, ut hi vicissim iudices monerent, quo male iudicata meliori emendent sententia.<sup>b)</sup> In *leg. Salica a CAROLO M. emendata tit. LX.*<sup>c)</sup> haec sancita sunt: *Siquidem Rachenburgii in mallo residentes, cum causa discussa fuerit inter duos causatores, admoniti ab eo, qui causam requirit, ut legem Salicam dicant; et si legem dicere noluerint, tunc ab eo, qui causam requirit, sint iterum admoniti usque in tertia vice. Quodsi dicere noluerint, tunc dicat ille, qui causam requirit: Ego vos tangano, usque dum vos inter me et contra causatorem meum legem iudicetis. Et si tunc dicendi se legem distulerint, sole calcato septem de illis unusquisque CXX. den. qui faciunt sol. III.*

C 2

culp.

a) *Spec. Sax. Lib. II. art. 12.* Schilt man ein Urtheil, soll man es vor den höchsten Richter ziehen, und zuletzt vor den König. Da soll der Richter seine Boten dazu geben, die da hören, welcher von ihnen vor dem Könige Recht behält. Diese Boten sollen schöpfenbar frey seyn, wenn es in einer Graffschaft geschieht. Fället es aber in einer Marck für, so mögen es allerley Leute seyn, wer sie auch sind, nur das sie an ihren Rechten vollkommen seyend. Diese soll der Richter beköstigen, und soll ihnen Brodt und Bier zur Genüge geben, und drey Gerichte, die die Jahreszeit mit sich bringt, zur Mahlzeit, nebst einem

Becher Wein. Zwey Gerichte soll man denen Knechten geben, und jeglichen Pferde Tag und Nacht über, fünf Garben, und soll sie vornen befehlagen. Sechse sollen der Knechte seyn, und acht Pferde. Sobald sie erfahren, das der König auf sächsischen Boden ankommen, sollen sie zu Hofe ziehen, und darnach über 6 Wochen das Urtheil wiederbringen.

b) *Leg. Visigoth. L. II. Tit. I. §. 29. 30. 31. apud PITTHOEVM, p. 33.*

c) *apud Io. Ge. ECCARDVM in legibus Francorum Salicis et Ripuariorum, p. 161.*

culp. iud. Et si adhuc tunc Rachenburgii despexerint, nec legem dicere voluerint, neque de tribus solidis compositionem facere, tunc unusquisque illorum septem, calcato sole DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. Similiter si comprobati fuerint legem non iudicasse, septem, ex eis unusquisque DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. Si autem Rachenburgii legem iudicant, et cui iudicatum fuerit, hoc sustinere noluerit, et dicit, contra legem iudicasse sibi, et hoc comprobare non potuerit, contra unumquemque de septem Rachenburgiis, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. Poena alternatiua postea statuta fuit in litigantes causam iudicatam temere repetentes, vt patet ex capitulo X. legi Salicae adiecto,<sup>d)</sup> vbi ita: Si quis causam iudicatam repetere praesumpserit in mallo, ibique testibus conuictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim ictus ab Scabineis qui causam prius iudicauerunt, accipiat. In leg. Ripuariorum tit. LV.<sup>e)</sup> idem fere constitutum fuit: Si quis causam suam prosequitur, et Rachenburgii inter eos secundum legem Ripuariam dicere noluerint, tunc ille, in quem sententiam contrariam dixerint, dicat: Ego vos tangano, vt mihi legem dicatis. Quodsi dicere noluerint, et postea conuicti fuerint, unusquisque eorum quindecim solidis multetur. Similiter et ille, qui Rachenburgiis recte dicentibus non adqueuerit. Ex hoc igitur instituto Leuteratio, quemadmodum alia similia remedia suspensiuia originem traxisse videntur: in qua re viros harum rerum peritissimos Leop. Nicol. L. B. ab ENDE<sup>f)</sup> Ge. Lud. BOEHME  
et

d) apud ECCARDVM in l. c. §. XI. not. a. His maiorum institutis procul dubio originem debet p. 173.

e) apud ECCARDVM in l. c. remedium hodie frequentissimum, cui in Saxonia Leuterationis nomen est, p. 221.

f) in comment. de fatalium cum alibi supplicationis, reuisionis, rigore iniquo poenae contumaciae in integrum restitutionis, nullitatisque dictionis nomine veniat.

RVM<sup>5</sup>) et Christian. Henr. ECKHARDVM<sup>6</sup>) consentientes habeo. Morem veterum Germanorum, cognitionem causae iudicatae coram eodem iudice repetendi, etiam medio aeno obtinuisse nullus plane dubito. Etsi enim in monumentis istius aevi veluti Speculis et Saxonico et Alemannico nec non antiqua consuetudinum iudiciarium collectione, quae *Richtsteig* vocatur, quae omnia paullo curiosius consului, istius veteris instituti vestigia haud deprehendere potuerim, tamen sententiam non muto, tum quia in rebus, quarum antiquiores mentionem iniecere, argumentum a silentio recentiorum scriptorum peti tum nullus plane ponderis est, tum quia iste mos maiorum ab his veluti manu traditus recentiori aeno constanter seruatus fuit, vti deinde videbimus. Ast grauius nobis obstare videtur locus *Speculi Saxonici in Lib. II. Art. XII. Der dergleichen (Urtheil) auch gefunden hat, darf ohne dessen Willen, dem das Urtheil zu seinem Vortheil gefunden ist, nicht darvon ablassen.* Res salua est. Hic locus non ita intelligendus est, vt iudici negata sit potestas, sententiam laram corrigendi et emendandi, sed eo pertinet, vt sententia, a quo prouocatum erat, executioni dari non potuerit, nisi victor consenserit. Ita etiam *Glossa ad art. cit.*<sup>7</sup>) locum interpretatur: *Hie wil er, dass der Richter über ein gescholten urtel keineswegs förder richten soll, sondern es bestehen lassen, bis zu dem Richter der berufung.* Quod moribus Maiorum introductum fuit institutum iudicarium, subsequenti tempore nomine *Leuterationis* venire et tanquam remedium mere suspensiuum contra sententias in foris Germania

C 3

niae

g) in diss. de prouocationibus  
iur. germ. cap. I. §. IX.

h) in diss. de iure utendi Leuterationis vel simili remedio suspen-

suo, si appellationi renunciatum est  
(Len. 1745.) cap. I. §. 9. §. 99.

i) apud GAERTNERVM in Speculo Saxonico, p. 192.

niae frequentari coepit;<sup>k)</sup> quid? quod exemplum Leuterationis in caussa iudici delegato ab imperatore commissa olim vsurpatae exhibuit *Io. Henr. HARPPRECHTVS in Staats- Archiv der kayserl. und des H. Röm. Reichs- Cammergerichts. P. I. Num. XXX. p. 158. Leuterungs- Urthel von Cardinalen und Bischoff Peter zu Augspurg als Kayserl. delegirten Richter in Sachen Gebrüder Ulrich und Wilhelm Grafen zu Oettingen wider Burgermeister und Rath der Stadt Aalen, 1457.*

k) *Io. Ge. ESTOR Anfangs- HOFMANN Deutsche Reichspraxis, gründe des gemeinen und Reichsprocesses P. I. §. 852. P. I. §. 950. Io. Andr.*

§. 6.

*Leuteratio moribus maxime Saxonum seruata ac legibus provincialibus culta fuit.*

Legibus Romanis et Pontificum decretalibus in Germaniae fora receptis, Germani haud passi sunt, vt, quae olim in omnibus Germaniae iudiciis obtinuit, Leuteratio in desuetudinem abiret; quin constanter seruata fuit, licet principia romanae appellationis ad id institutum domesticum, quoad huius indoles patiebatur, accommodata fuerint, idque passim nomen domesticum amiserit atque peregrinum acceperit. Recte de hac re iudicauit *Henr. Christ. SENCKENBERGIVS. Hic Res, inquit<sup>a)</sup>, Germanica, vox Germanica, non potuit non, hominibus corpore in Germania, mente Romae aut Constantinopoli in Consistorio Tribuniani, aut Serinio vel Palatio Principis militantis, maxime esse exosa. Hinc vero, cum rem Germanis auferre non possent,*

a) in *Meditat. de vniuerso iure* p. 416. Add. *Ge. Melch. de vniuersa et historia. Fasc. II. Medit. VIII.* DOLF *Obseru. for. obs. 113.*



sent, utpote Leuterationi diu assuetis, nomen minimum barbarum abstulerunt, elegantias suas substituentes. Anxie ex Iure Romano conquisita tum illa nomina, quae retractionem sententiae per eundem, qui priorem tulerat, iudicem permitterent, quibus misera Leuteratio passim affecta, quisquiliis quibusdam ex Iure Romano male eo applicatis quandoque additis, quandoque Germanicis quibusdam, ut barbaris detractis. Hinc patrium nostrum remedium, in Supplicationis, Nullitatis, Reuisionis, Transmissionis actorum, et alia, praeter Restitutionem in integrum nomina, passim abiit. Saxones cum non solum huius remedii Germanici usum retinuerint, sed etiam veterem eius appellationem seruarint, sibi soli Leuterationem vindicare solent, adeo, ut ea κατ' ἐξοχήν Saxonica vocetur. Haec postea legibus Saxonis scriptis diligenter culta eiusque indoles ac forma accuratius definita fuit. Ac primo quidem Leuterationis mentionem iniectam esse inueni in antiquissima curiae prouincialis in Saxonia supremae ordinatione, quae intra annum clcccxcx et clolē condita ac cuius memoria studio *Christ. SCHÖTTGENII* et *Ge. Christoph. KREYSIGII* <sup>b)</sup> ab interitu liberata fuit. Quae olim eodem, quo publicata erat sententia, die interponi debebat, secundum ordinationem curialem altero post publicationem sententiae die admittebatur, attamen hic terminus fatalis necessario obseruandus erat. En ipsa verba ordinationis <sup>c)</sup>: *Vmb den Vorzocg Szo durch vnderredliche Vrteyll adder leuterung geschiedt, orden wir, das man vor diesem Gerichte von vnderredlichen Vrteylln, Interlocutorien genandt, nicht appelliren solde, sundern angesehen, das der Richter sein vnredlick vrteyll widder ruffen mag, soll man darumb*

b) in diplomatischer und curieller Nachlese der Historie von Obersachsen. T. I. p. 18. seqq.

c) apud SCHÖTTGENIUM et KREYSIGIUM in l. c. p. 35.

umb eynmal alleyne lewthern, aufgeschloßen die selle, Im Rechten zugelassen. Doch so soll die selbige vnnnd sonst keine lewtherung vortrogen werden, Sundern der Fhenigen, wafs Recht Sprüche ergangen, Es sein entlich adder vnderredliche, diffinitiven adder Interlocutoriën, soll nicht lenger zceyt vnnnd Dilacion zu lewthern halten, denn piß vff den andern Tag. Also der ander teyll den folgenden tag auch sein eyrede thun, vnd so bey zweygen gesetzt bleyben soll. In eadem lege iudiciaria etiam p̄iscus appellandi modus confirmatus fuit, ita tamen vt litigantibus, qui Germanorum more prouocare nolint, romana appellatione intra decendum vti integrum sit.<sup>d)</sup> Wenn etzliche vrteyll vnnnd Sentenz ergehen, der sich ymands beswert bdungkt, vnnnd andere Rechtliche beschwerung, davon man sich In Rechte beruffen moege, ymandt zugesuget werden, der mag sich des an vns Beruffen vnnnd Appelliren, Noch sechsigischen Rechten, vnnnd sunderlich in dergestalt, das der beswerte alsbalde denselbigen tage, Im dem das vrteyll gesprochen ist worden, das vrteyll straffen, vnnnd vor dem Hoffgerichte ein besers finde, vnnnd das In das Gerichte schrayben lasse mit bethe vnnnd begere, Beyde vrteyll an vns zu schicken, Eyns vnder oen zu bekrestigen, adder das dor besuerte noch ordnung der Kayser Rechte In Zechntagen appellire, vnnnd seine Appellation mit rechte volfure. Eadem repetita sunt in ordinatione curiae prouincialis supremæ a MAVRITIO Elect. Sax. a. d. xxii. Dec. cl̄oIoxlviii. condita<sup>e)</sup>, vbi ita: Wann endlich Urtheil und Sentenz ergehen, derer sich jemand beschwehret bedünckt, und andere rechtliche Beschwerde, darvon man sich im Recht beruffen möge, jemand zugesüget werden, der mag sich des an Uns beruffen und Appelliren, nach Sächsischer

d) apud SCHÖTTGENIVM et KREYSIGIVM in l. c. p. 37. Add. Process wie vornemlich in den Chur und Fürstlichen Sächsischen Hoffge-

richten, in allen Instanzen rechtlichen zu verfahren. (Ien. 1610.) p. 54. e) in Cod. Aug. T. I. p. 1279.

Rechten; und sonderlich in der Gestalt: Dafs der Beschwerte alsbald denselbigen Tag, in dem das Urtheil gesprochen ist worden, das Urtheil straffe, und vor dem Ober-Hof-Gericht ein besseres finde, und das in das Gerichte schreiben lassen, mit Bitte und Begehr, beyde Urtheil an Uns zu schicken, Eins unter ihnen zu bekräftigen; Aber dafs der Beswehrte, nach Oränung derer Kayser-Rechte in zehen Tagen an Uns appelliren, und seine Appellation mit Rechte verführe. Umb den Verzug, so durch unterredliche Urtheil oder Läuterung geschicht, ordenen Wir: dafs man vor diesem Gerichte, auf ergangene unterredliche Urtheil, Interlocutorien genannt, nicht soll der Frist und Bedenck-Zeit derer zehen Tage haben, sondern ihnen dasselbige Hof-Gerichte folge thun; So soll man auch davon nicht appelliren, Doch allenthalben ausgeschlossen die Fälle in Rechten ausgedruckt, in welchen solche Frist, und die Appellation zugelassen. Und dieweil der Richter ein unterredlich Urtheil widerrufen mag, So soll man darumb einmal alleine läutern, und nicht länger Zeit und dilation darzu haben, dann bis auf den andern Tag, also dafs der andere Theil den folgenden Tag auch seine Einrede thue, bey zweyen Gesetzen bleiben, und desselbigen Gerichts-Urtheil darauf gewarten. Cum his egregie conspirat ordinatio curiae provincialis Vitebergensis ab eodem MAVRITIO anno 1551. publicata<sup>f</sup>). Deinde anno 1561. in Const. Aug. P. I. const. XIX.<sup>g</sup>) Leureratio tanquam ordinarium remedium mere suspensiuum contra sententias confirmatum atque ad principia iuris romani de appellatione etiam intuitu termini fatalis, intra quem interponenda sit, reuocatum fuit. Etsi enim decedendi nulla expressa mentio ibidem fiat, tamen hoc fatale ex iure romano tunc temporis receptum atque in foro obseruatum fuisse anti-

f) in Cod. Aug. T. I. p. 1338. g) in Cod. Aug. T. I. p. 79.



antiquiores iuris Saxonici scriptores <sup>b)</sup> testantur. Denique in lege iudiciaria tum veteri, quae anno clōlōccxxii. edita fuit, tum recentiori seu repetitae praelectionis, sub auspiciis FRIDERICI AVGVSTI, Regis Poloniae et Electoris Sax. clōlōccxxiv. publicata, eam Leuteratio formam accepit, qua hodiernum vitur. Nec in Saxoniam Ernestinam, in cuius iudiciis vsus Leuterationis aequè seruatus fuit, leges prouinciales, quibus de hac re diligenter cautum est, defunt, e quibus praesertim *ordinationem processus Altenburgicam* anno clōlōccxxiv. publicatam, in cuius *Parte I. Cap. XXXI.* de Leuteratione et Oberleuteratione agitur, nec non *Gothanam* anno clōlōccclxxvi. editam, cuius *Part. I. cap. XXXI.* Leuterationem et Oberleuterationem tractat, recensere attinet. Caeterum silentio praeterire haud debemus, Leuterationem etiam extra Saxoniam in iis hodiernum obtinere prouinciis, in quibus priscum ius receptum fuit, quasue *Io. Frid. SEYFARTVS* <sup>i)</sup> diligenter recensuit.

<sup>b)</sup> *Bened. CARPZOVIVS* in *definit. ad Constit. Elect. Sax. cit. def. fin. XIII.* ibique cit. auct.

<sup>i)</sup> in *Teutschen Reichsprozesse* *cap. 26. §. 4.* Add. *Esaias FVFFENDORF* *Introducio in processum civilem Electoratus Brunsvico-Lu-*

### §. 7.

*Leuteratio seu ordinarium remedium mere suspensuum admittitur contra sententias a iudiciis Saxonice, tum inferioribus tum superioribus ac supremo adeo tribunali latae.*

Leuterationi, quatenus huius fundamentum a solo gravamine per sententiam illato repetitur, locus datur contra quascunque sententias et interlocutorias et definitivas, siue eae latae sunt a iudice inferiori siue superiori. Ita Legislator AVGVSTVS

GVSTVS constituit:<sup>a)</sup> Es soll forthin auf alle und iede ergangene Urtheil, sie seynd interlocutoriae oder definitivae, nicht mehr denn eine Leuterung, so doch von beyden Theilen zugleich fürgenommen werden mag, welche auch nicht weniger als die Appellationen von beyden Theilen gemein seyn sollen, in allen unsern Landen und Gerichten, auch in unsern Hoffgericht selbst fürgenommen werden. Etsi supremi in Saxonia Tribunalis ibi nulla facta sit mentio, tamen non minus remedium Leuterationis contra illius sententias admittitur. Quod antequam persequimur, lubet nonnulla, quae ad hoc supremum tribunal pertinent, hac opportunitate explicare, quia ea inseruire videntur illustrationi eorum, quae de usu Leuterationis contra sententias ab isto tribunali latas dicturi sumus. Inter iudicia superiora, quae ad iustitiam per prouincias Electoris Saxoniae in septem circulos diuisas administrandam constituta sunt, tum curiae prouinciales (Hoffgerichte) et Lipsiensis et Vitebergensis, quarum haec per circulum Electoralem, illa per reliquos exercet iurisdictionem ciuilem, tum Senatus aulicus (Landes-Regierung) et quod cum hoc arctissime olim coniunctum erat, supremum tribunal, ad quod prouocatione certatur, (Appellations-Gericht) referuntur. Haec collegia considerari debent vel tanquam iudicia primae instantiae, quibus omnes subiecti sunt, qui superioribus in prouincia iudicis sine medio subsunt, quae *Schriffstassi* vulgo vocantur, vel tanquam iudicia vltioris instantiae, in quibus caussae ab inferioribus iudiciis veluti ruraris ac oppidanis, nec non praefectarum electoralium etc. per prouocationem ad ipsa deuolutae cognoscuntur ac deciduntur. Quoniam curiae prouinciales et Senatus aulicus in caussis speciatim non ex-

D 2

ceptis

a) in Const. Elect. P. I. const. XIX.

ceptis <sup>b)</sup>) concurrente iurisdictione gaudeant, tamen illae huic eatenus subordinatae sunt, quatenus litigantibus sententia curiae provincialis laesis ad hunc prouocare integrum est. Quae de causa collegium regiminis provincialis, a quo iurisdictione suprema atque vltiori prouocationi haud obnoxia exercetur, omnium in Saxonia iudiciorum, et secliarum et ecclesiasticorum supremum est, quodue vice sacra iudicat. Vnum initio cum Senatu aulico seu collegio regiminis provincialis, cui olim ambulatorio ALBERTVS dux Saxoniae anno MDCCCCLXXXVI. Dresdae sedem fixam assignauit <sup>c)</sup>), fuisse videtur, quod hodie vocamus *iudicium appellationum*, certe ita coniunctum et confociatum, vt nullam, nisi in causis, quas tractaret, discrimen deprehenderetur. Iurisdictione huius tribunalis non ad causas appellationum, vt nomen inde acceperit, adstricta fuit, sed eadem et in prima instantia aduersus Schriftfässios ipsi competit. Postquam FERDINANDVS imperator priuilegium de non appellando illimitatum, quod longo abhinc tempore Principibus Saxoniae competierat, firmatum per leges imperii publicas atque priuilegia, anno MDCLXIX. denuo confirmauerat, <sup>d)</sup>) AVGVSTVS, Elector Saxoniae eodem anno firmum

b) Io. Henr. BERGER de iudiciariis cancellariarum praerogatiuis, (Vitemb. 1708.)

c) WABST histor. Nachr. von des Churfürstenthum Sachsen jetziger Verfassung der höhern und niedern Justitz, p. 61.

d) vid. Andr. KNICHEN commentaria in Electorum et Ducum Saxoniae ius et priuilegium litis prouocatoriae nescium. Francof.

1596. 4. (Repet. edit. de Saxonico non prouocandi iure et priuilegio. Hanouiae, 1603. 4.) Dominici ARVMAEI disput. de Serenissimorum Principum ex Electorali atque Ducali domo Saxonica priuilegiis: de non euocando et non appellando. Ienae, 1636. 4. Bened. CARPZOVII diss. de iure ac priuilegio Serenissimorum Principum Electorum et Ducum Saxoniae de non appellando,

premiū tribunal, ad quod prouocatione certatur, a senatu  
 aulico quodammodo seiunctum instituit; sed id non tam per-  
 petuum et ordinarium, quam temporarium erat. Etenim  
 quoties causae in supremo Principis iudicio disceptatae deci-  
 dendae erant, toties iudicium ita ordinabatur, vt ad id qui-  
 dam ex consiliariis aulicis a cancellario regiminis deputarentur,  
 assumtis nonnullis nobilibus ac doctoribus iuris. Hi supre-  
 mum constituiebant tribunal, cui is praeerat, quem ipse Prin-  
 cept ex illis elegerat. Causis litigiosis, quarum causa hocce  
 iudicium ordinatum erat, decisis, munus eorum finiebat,  
 nec perpetuum erat. Qui postea huic tribunali specialem le-  
 gem iudiciariam (*Appellations-Gerichtsordnung*) a. d. vii.  
 Octobr. clobocv. praescripserat CHRISTIANVS II. Elector Saxo-  
 niae, etsi certum numerum personarum, quae hoc supremum  
 tribunal constituant, definiuerit, atque vt hoc iudicium singu-  
 lis semestribus haberetur, praeceperit, tamen in reliquis haud  
 mutandam esse censuit pristinam iudicii temporarii formam,  
 quae et subsequenti tempore vsque ad annum clobcccxxxiv.  
 constanter seruata fuit. Nam hoc tempore FRIDERICVS AV-  
 GYSTVS, Rex Poloniae et Elector Saxoniae noua lege iudiciaria  
 eodem anno a. d. xxvii. Mart. tribunali appellationum praes-  
 cripta e), hoc supremum iudicium, quod antea temporarium  
 erat, in perpetuum et ordinarium transmutauit. In hoc igi-

D 3 tur

do. Lips. 1645. 4. Io. Völk. Summa imperii Tribunalia exclude-  
 BECHMANNI diss. ius de non appel- re. (Ienae 1734.) 4. Io. Frid.  
 lando et differentiam iuris de non HERTELI diss. de privilegio Saxo-  
 euocando exhibens. Ienae, 1662. 4. nico de non appellando ad terras  
 Io. Salom. BRUNNQVELL Progr. Misnicas, Thuringicas et Franco-  
 Privilegium Saxonium de non ap- nicas extendendo. Ienae (1734) 4.  
 pellando querelam nullitatis, Sup- e) Cod. Aug. Contin. P. I. p.  
 plicationem similiaque remedia ad 434.

tur supremo in Saxonia tribunali non minus ac in reliquis iudiciis vsus Leuterationis contra quascunque sententias conceditur, siue hae in caussis deuolutis latae sint, siue in aliis litibus, quae statim ab initio coram eo motae sunt: id quod ex ordinationibus iudicii prouocationum perspicue intelligitur: *Ob es wohl bey denen, welchen der gewöhnliche Process unsrer Lande bekannt ist, ganz und gar keinen Zweifel hat, dass auf die ergangene Urtheil weder Supplicationis und Revisionis Remedium statt, und solches seine vernünftige und rechtmäßige Ursachen hat, sintemal in unsern Landen nicht allein unterschiedliche Instantien seyn, sondern auch in einer Instanz dem Theil, so sich durch ein Urtheil beschwert zu seyn vermeynet, die Laeuterung nachgelassen, Auch wenn die Sache ohne Mittel vor uns anhängig gemacht, hierüber noch die Ober-Laeuterung verstatet wird, durch welche Mittel, wann etwa im vorigen Urthel was versehen, dasselbe wohl wieder zu recht gebracht, und dem beschwehrten Theil geholfen werden kann, dass es weder der Supplication und Revision hiezu bedarff.*

§. 8.

*De Leuteratione ceu suspensiuo remedio extraordinario, quod Oberleuteratio vocatur.*

Quae huc vsque diximus, pertinent ad Leuterationem tanquam remedium ordinarium, cuius ratio tantum in grauanine per sententiam illato ponitur. Sed Leuteratio considerari potest etiam tanquam remedium extraordinarium, cuius naturam illa tunc sortitur, vbi praeter grauamen haec specialis, quare id remedium admitti queat, ratio inde accessit, quod a iudice, qui iudicauit, appellare non liceat. Si a iudiciis inferioribus aliisque, a quibus prouocare licet, sententia, contra quam leuteratio interposita erat, confirmetur, parti laesae ius, eodem



eodem remedio denuo vtendi, negatur, sed ad superiorem iudicem prouocare integrum est. Sin vero in litibus, quae statim ab initio motae sunt coram iudicio, cui suprema nullique ad augusta imperii tribunalia prouocationi obnoxia iudicandi potestas tributa fuit, Leuteratio contra sententiam ibidem latam nequicquam interposita sit, appellationis quidem via praclusa est; attamen litigantibus ob deficiens ius appellandi repetita Leuteratio, quae nomen *Oberleuterationis* tulit, conceditur. *Oberleuteratio* itaque est *remedium suspensuum extraordinarium, quod litigantibus, qui contra sententiam supremi iudicii, a quo appellare non licet, Leuterationem frustra interposuere, contra eandem sententiam ob deficiens ius appellandi ad suprema imperii tribunalia datum fuit, ut ab eodem supremo iudicio, cognitione causae denuo repetita, sententia mutetur atque grauamen tollatur.* Quae quidem Oberleuteratio etsi formam ac naturam Leuterationis in genere sequatur, tamen ab hac in iis discrepat, quod non nisi coram supremo in prouincia tribunali in causis ibi tanquam foro primae instantiae agitatae contra sententias, Leuteratione contra easdem frustra adhibita, interponi possit<sup>a)</sup>. Hoc remedium extraordinarium ab ipsa aequitate commendatum esse videtur. Quodsi enim causae eorum subditorum, qui inferioribus iudiciis subsunt, per varios iudiciorum gradus retractantur ac cognoscuntur, curni causae *Schrifftsässiger*, qui supremo principis iudicio sine medio subiecti sunt, eadem repetita retractatione dignae censeantur? Durum profecto foret, praesertim in rebus maioris momenti vna instantia periclitari, inprimis quia diuinum potius quam humanum est, omnibus horis sapere nec vnquam ad dextram vel sinistram declinare.

Quin

a) *Sax. O. P. R. t. 35. §. 4. P. I. cap. 31. §. 18.*  
*Alt. b. P. I. t. 31. §. 11. Göttingen.*

Quin fraudi foret litigantibus, quod ipsis ex iure singulari ac privilegio competit, forum supremum, si ideo occasione, recognitionem causae denuo petendi priuentur. Iusta itaque est ac aequa causa, quare in Saxonia victis ac sententia supremi tribunalis laesis, loco appellationis, remedium Oberleuterationis datum sit, quippe quo idem, quod appellatione, obtineri potest.

## §. 9.

*Origo Oberleuterationis haud a romana Supplicatione petenda est.*

Inter viros eruditos supra diximus haud deesse, qui originem Oberleuterationis ex Romana supplicatione repetendam esse statuunt. Huius opinionis vanitas haud melius a nobis demonstrari potest, quam si ipsa romana supplicatio paucis describatur. Scilicet Constantinus M. quem totum imperium in quatuor Praefecturas Praetorianas Orientis, Illyrici, Galliarum et Italiae diuisisse constat,<sup>a)</sup> singulis praefecturis singulos Praefectos Praetorio praeposuit, hisque, imperio militari adempto, solummodo potestatem ciuilis imperii,<sup>b)</sup> eamque liberam et sine sui prouocatione attribuit, vt patet ex *Constantiniano Edicto A. D. CCCXXXI. ad uniuersos prouinciales emisso*, cuius particula est in l. 16. *Cod. Theodos. de appellat.* vbi ita: *A Praefectis autem Praetorio, qui soli vice sacra cognoscere vere dicendi sunt, prouocari non sinimus; ne iam nostra contingi veneratio*

a) *Zosim. II. 33.*

b) *Ant. SCHVLTING in Enarr. part. primae digestor. Lib. I. Tit. XI. Arnold DRAKENBORCK*

*de officio praefectorum praetoria (Trai. ad Rhen. 1707.) Inest The- sauro dissert. iurid. Vol. II. a Ger- hardo OELRICHS adornato; p. 49. seqq.*

tio videatur. Idem etiam testantur Iſti, qui tempore CONSTANTINI M. filiorumue eius floruerunt, HERMOGENIANVS <sup>c)</sup> et Aurelius Arcadius CHARISIVS. <sup>d)</sup> Hic rationem, cur a praefectis Praetorio appellare non liceat, reddidit. *Credidit enim, inquit, Princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide et gravitate, ad huius officii magnitudinem adhibentur, non iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam ipse foret iudicatuus.* Sed cum et in praefectos Praetorio imbecillitas humana cadat, iique etiam si consilio assessorum adiuti <sup>e)</sup> in iudicando labi possint, durum videbatur, quod litigantes sententiam a praefecto Praetorio latam veluti oraculum ex tripode emissum agnoscere tenerentur, nihil praesidii habentes aduersus illam, vtut iniqua esset atque fortunis suis inimica. Quare imperatores, VALENTINIANVS et VALENS, <sup>f)</sup> nec non THEODOSIVS iunior aequitatis rationibus moti litigantibus aduersus sententias praefectorum Praetorio loco appellationis remedium supplicationis permiserunt. En verba constitutionis Theodosianae in *l. vnic. C. de sentent. praef. praetor.* <sup>g)</sup> ex *Nouella Theodosii iun. contra sententias praefectorum Praetor. de sumtae:*


c) *l. 17. π. de minor.*

d) *l. un. §. i. π. de offic. Praef. Praetor.*

e) Praefectis praetorio adfessoribus ideo, vt ipsi ex eorum consilio sententias ferrent, etiam post Constantini M. tempora additos fuisse ex *l. ii. C. de assessor.* patet. *Add. Amm. Marc. Lib. XXV. c. III.*

f) *l. 5. C. de precib. imper. offerend.*

g) In inscriptione haec lex Diocletiano et Maximiano tribuitur. Sed hanc inscriptionem in mendo cubare inde patet, quod lex data sit centum triginta et quatuor annis post abdicatum a Diocletiano et Maximiano imperium. Vid. *Iac. GOTHOFREDI notas ad Nou. Theodosii iun. contra sent. praefect. praet. in Appendice Cod. Theodos. Tom. VI. p. 20.*



sumtae: *Litigantibus in amplissimo Praetorianae praefecturae iudicio, si contra ius se laesos affirmant, non prouocandi, sed supplicandi licentiam ministramus.* Eandem rem repetit atque nouis accessionibus auxit IUSTINIANVS in *Nou. 82. §. pen. Nou. 113. Nou. 115. et Nou. 119. c. 5.* Qui hoc supplicationis remedio uti cupiebat, libellum, qui *didascalicus* appellabatur, vel principi vel praefecto praetorio aut eius assessoribus siue consiliariis offerebat, petiturus sententiae retractationem. Si id factum erat intra decem dies a tempore sententiae a praefectis praetorio latae, haec non poterat executioni mandari, nisi victor satisdederit, de omni re restituenda, ubi sententiam rescindi contigerit. Sin vero post decem dies, intra biennium libellus oblatu erat, executio nullo modo suspendebatur, sed interim fiebat, victore haud obligato ad cautionem praestandam. Sed quorsum haec? Scilicet ut pateat, maximopere differre romanam supplicationem a remedio Oberleuterationis, nec huius natales ex illa reperendos esse. Est enim utrumque remedium sit extraordinarium, quod ob deficiens ius appellandi datum est, quemadmodum reuissio cameralis et supplicatio in senatu imperiali aulico ac in nonnullis statuam imperii iudiciis ex eadem causa introducta est, tamen is male mihi concludere videtur, qui ideo haec omnia remedia extraordinaria in foris Germaniae usitata ex romana supplicatione nata esse statuat. Si hac in re similitudo valeat, omnia instituta Germanorum ad romanam normam ac formulam facile exigi atque a Romanis repeti possunt. Hac ratione uti praefecturae praetorianae cum prouinciis Germaniae, Praefecti Praetorio cum principibus imperii, uti reapse olim in tanta iuris publici et historiarum ignorantia factum fuisse supra monuimus, potestas praefectorum praetorio cum ea, qua Principes imperii gaudent, componi possunt, ita quoque ratio haud deesse

deesse videtur, curni et romana supplicatio cum Oberleuteratione comparari possit. Sed quis hodie non rideat eiusmodi ineptas comparationes, quibus vulgus Glossatorum olim in describenda formula regiminis cum imperii tum territoriorum Germaniae utebatur. Ex quo, exulta historia germanica ac delectis genuinis iuris germanici et priuati et publici fontibus laetior iurisprudentiae germanicae lux affulgere ac vtrique iuri tum domestico tum peregrino iustum statui pretium coepit, ille opinionis error, quo multi capti seu potius decepti vna cum Romanorum legibus in Germaniam receptis eorundem instituta adoptata fuisse atque iura peregrina ad ipsas causas publicas applicanda esse sibi persuaderunt, ab aliis,

*queis meliore luto finxit praecordia Titan*

oppugnatus ac sensim profligatus fuit.<sup>h)</sup> Iam vt ad nostram Oberleuterationem redeamus, haec ad instituta Germanis et maxime Saxonibus propria referenda, nec ex romana supplicatione originem traxit, nec illius indoles ex hac aestimanda est, cum vtraque non nomine tantum, sed etiam et maxime re, puta intuitu formae ac effectus a se inuicem differat, vti facile cognoscas, si Oberleuterationem cum romana supplicatione contenderis.

h) Mich. Henr. GRIEBNER de Euerb. OTTO de abusu legum Romanarum in iure publico. (Quirb. usu iuris Iustiniani, (Viteb. 1715.) 1718.)

*Oberleuteratio concessio principibus Saxoniae privilegio de non appellando illimitato in Supremo Saxoniae tribunali moribus inualuit.*

Haud prius Oberleuteratio in Saxonia nata fuit, quam postquam principes Saxoniae privilegium de non appellando illimitatum impetrauerant. Principem Electorem Saxoniae, quemadmodum reliquos, ab Imperatore CAROLO IV. jam anno 1386. vi *Aureae bullae* <sup>a)</sup> eiusmodi iure singulari exornatos fuisse constat. Attamen cum id tantum ad Electorum Saxoniae restringeretur, proindeque subditii ex reliquis prouinciis Saxoniacis a sententiis supremorum iudiciorum Saxoniae haud raro ac praesertim ex quo iudicium camerae imperialis stabilitum erat, prouocarent, atque hoc imperii tribunal eiusmodi prouocationes recipere haud dubitaret, principes Saxoniae et Albertinae et Ernestinae coniunctis studiis in id elaborarunt, vt praeter confirmationem iuris de non appellando, iam antiquitus acquisiti, singulare privilegium de non appellando illimitatum idque ad omnes omnino prouincias Saxoniae tum Albertinae tum Ernestinae extensum nanciscerentur <sup>b)</sup> quo singulari privilegio ab Imperatore FERDINANDO I. 1552. impetrato, <sup>c)</sup> Electorum et Ducum Saxoniae suprema nullique ad suprema imperii tribunalia prouocationi obnoxia potestas iudicandi extra omnem dubitationem posita atque adeo firmata est, vt a supremis in vtraque Saxonia iudiciis

a) *A. B. cap. XI. §. 1. 2. 3. der Landesherrlichen höchsten Gerichtsbarkeit und derer Hofgerichte et 5.*  
 b) *Legi merentur, quae V. C. Bernh. Gottl. Huldreich HELLFELDT in Versuch einer Geschichte 20. 21. 22. de hac re differuit.*  
 c) *Cod. Aug. T. I. p. 1215. seqq.*

diciis ad tribunalia imperii frustra prouocaretur. Electores Saxoniae autem, ex quo potestatem iudicandi a prouocatione ad suprema imperii iudicia liberam exercere coeperunt, litigantibus coram supremo in prouincia iudicio id indulserunt, vt ii, Leuteratione contra sententiam frustra interposita, eodem remedio velut in supplementum appellationis ad tribunalia imperii sublatae, denuo vti possent. Hoc extraordinarium remedium ob deficiens ius appellandi introductum a longo inde tempore ac diu ante annum 1610. in vsu fuisse perspicue patet ex *edicto Electoris Saxoniae AVGVSTI a. d. 1. Octobr. eod. anno publicato*, d) vbi ita: *Als auch nicht allein muthwilliger Verzug, sondern auch allerley Mißbräuche sich bishero an unserm Hofe, der Oberläuterung halben zugetragen: so setzen und ordnen wir, daß, zu Verhütung dessen, keine Oberläuterung in denen Sachen, so nicht ohne Mittel oder anfänglich an unserm Hofe, oder vor unsern Commissarien anhängig, sondern durch beruffen und Appellation an uns gelangen, hinführo zugelassen werden soll.* Haec confirmata sunt non solum in *Constit. Elect. XIX. P. I.* sed etiam in legibus iudiciariis postea latis, quas supra iam recensui.

d) in *Cod. Aug. T. I. p. 43. seqq.*

§. II.

*In aliis, vbi vsus Leuterationis adoptatus fuit, prouinciis, Oberleuterationi non nisi ob renunciationem appellationis ad suprema imperii tribunalia locus datur.*

Quae extremae prouocationi a sententiis iudicum, qui vice sacra principum statuumque imperii iudicant, ad imperii tribunalia surrogata est, Oberleuteratio, litigantibus coram

supremo statuum imperii iudicio, a quo ad imperii dicasteria appellare licet, haud conceditur, sed contra sententiam, quae post Leuterationem interpositam confirmata fuit, ad imperii iudicia appellare liberum est. At tamen iisdem huic extremae prouocationi ita renunciare licet, ut loco eius sibi Oberleuteratio permittatur: id quod nec rationibus iuris communis nec legibus imperii aduersari videtur. Litigans enim, quemadmodum iuri in sui fauorem introducto, sic quoque appellationi renunciare potest, et quidem vel simpliciter, vel hac adiecta conditione, ut sibi remedium, quod in locum appellationis ad suprema imperii tribunalia succedit, permittatur. Haud obscure hoc probatum esse videtur ipsis legibus imperii, in quibus renunciatio appellationis spontanea exigitur ac coacta reprobatur.<sup>a)</sup> En ipsa verba ordin. cam. de an. 1616. v. Die weil bisher etliche Stände ihre Unterthanen mit Eyd und Pflicht dahin gezwungen, von ihren Urtheilen nicht zu appelliren, und, so die Partheyen darüber appellirt, dieselben als Meineydige zu strafen unterstanden, welches aber nicht allein den Rechten zuwider, sondern auch unserm kayserlichen Cammer-Gericht und dessen Iurisdiction zum höchsten abbrüchig; so wollen, ordnen und setzen Wir, das hinführo keiner gezwungen werden soll, sich des Appellirens zu enthalten, oder von gethaner Appellation abzusehen, und so solches beschehe, das alsdann solche Verpflichtung an ihr selbst unbündig seyn, und das die Partheyen, so sich beschweret befinden zu appelliren, und ihre Appellation zu prosequiren, nichts destoweniger, ohne einige Verletzung ihrer Ehren, Fug und Macht haben sollen; es wäre denn, das einer sich freywillig und ungedrungen vorhin der Appellation begeben etc. Quae cum ita sint, litigantibus liberum est,

vtrum

a) R. I. 1532. art. 3. §. 12. C. O. C. P. 2. t. 31. §. 1. O. C. 1555. P. 2. t. 28. §. 2.



utrum ad suprema imperii tribunalia prouocare, an loco huius  
 appellationis Oberleuteratione aut alio simili remedio suspen-  
 sivo, prout mos iudicii fert, uti velint. Sic ut vnum tantum  
 exemplum proferam, ii, qui in terris Anhaltinis coram su-  
 premo iudicio litigant, isto iure alternatiuo vtuntur, ut pater  
 ex *Ordinat. process. Anhalt. Tit. XV. Die Oberleuterung soll in*  
*den Untergerichten gar nicht, und in unsern Regierungen anderer*  
*Gestalt nicht statt haben, als wann derjenige, der sich derselben ge-*  
*brauchen will, der Appellation von Uns an die Röm. Kayserl. Maje-*  
*stät und des heiligen Reichs Cammergerichte gutwillig und beständig*  
*renunciiret.* Caeterum ei, qui remedio Oberleuterationis loco  
 extremae prouocationis vsus est, nec vero mutationem sen-  
 tentiae peritam obtinuit, reditum ad appellationem, cui iusta  
 causa renunciauit, dari non posse ipsa res loquitur.

### *E p i l o g u s.*

Haec sunt potissima, quae de origine Leuterationis ac  
 Oberleuterationis dicenda nunc quidem putavi: quaeque de  
 tota hac re explicari a me potuerunt. Si viris eruditis ac aequis  
 rerum aestimatoribus non dico ingenium ac doctrinam, sed  
 assiduitatem ac studium probasse nos intellexerimus, laboris  
 amplissimum nos consecutos praemium iudicabimus.

HVMANISSIMO DOCTISSIMOQVE  
IOANNI AVGVSTO MÜLLERO

S. P. D.

IO. ADAM. THEOPHILVS KINDIVS.

---

**T** hoc, quem mihi ad legendum tradidisti, libello non sine magna voluptate cognoui, TE feliciter executum esse, quod in meis iurisprudentiae iudiciariae Scholis cepisti consilium, originis Leuterationis ac Oberleuterationis euoluendi. Vehementer igitur TIBI hunc laborem congratulor, ac libellum, nulla sui parte truncatum, nec alia, quam voluntatis testandae causa locupletatum paruis accessionibus reddo. Equidem ab omni abstineo laudatione, quam TIBI a me deberi profiteor ob libellum TVVM. Honorifice ex eo de TE studiisque TVIS iudicent Lectores; TV vero hanc TVAE eruditionis laudem publica tuebere disputatione, cuius in consortium me adlectum esse tanto impensus laetor, quanto TE ob egregias ingenii animique dotes vehementius amo. Quo magis laetabor, si per hunc libellum aditum TIBI factum esse intellexero ad patronos, qui plane TE in fidem recipiant atque eo TE constituent loco, quo virtus TVA ac eruditio digna est. Fruere his TVAE diligentiae praemiis; Bene vale, Amicissime MÜLLERE et me, quod facis, ama!  
Scripti in Academia Lipsf. a. d. VII. Aug. A. C. 1706 CCLXXXVII.

---

ULB Halle

3

003 335 402



*Sb.*







9900

1787 13.  
No: 1103

DE  
 ORIGINIBVS LEVTERATIONIS  
 AC SPECIATIM  
 OBERLEVTERATIONIS  
 SAXONICAE

DISSERTATIO  
 QVAM  
 ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII AVCTORITATE  
 PRAESIDE  
 IO. ADAMO THEOPHILO KINSDJO  
 IURISCONSULTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, SUPREMAE IN PROVIN-  
 CIA SAXIAE ADVOCATO, IURIS SAXONICI PROFESSORE PVBL. ORDI-  
 NARIO ACADEMIAE LIPSIVENSIS SYNDICO.

A. D. IX. AVGVSTI A. C. N. CIOCCCLXXXVII.

H. L. Q. C.

DEFENDET

AVCTOR

IOANN. AVGVSTVS MÜLLERVS,  
 DRESDENSIS.

LIPSIAE,

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

